

DE
LARO RIDIBUNDO
PERICULUM ORNITHOLOGICUM,
—
Venia Amplissimæ Facultatis Philosophicæ Aboënsis,
Publicæ disquisitioni subjiciunt

LAURENTIUS JOHANNES PRYTZ,
PHILOSOPHIE MAGISTER, STIPENDIARIUS HAARTMANNIANUS,
ET
RESPONDENS
FREDERICUS ADOLPHUS HOLM,
STIPENDIARIUS PUBLICUS,
WIBURGENSES..

Particula Secunda,
In Auditorio Medico, die VIII Maji MDCCCLXII
horis post meridiem solitis,
ventilanda.

AEOÆ, Typis FRENCKELLIANIS.

CONSTITUTION

OF THE UNITED STATES

ARTICLE I
Section 1. All legislative power herein granted shall be vested in a Congress of the United States.

Section 2. The Senate and House of Representatives shall consist of members chosen every second year.

Section 3. The Senate and House of Representatives shall consist of members chosen every second year.

Section 4. The Senate and House of Representatives shall consist of members chosen every second year.

Section 5. The Senate and House of Representatives shall consist of members chosen every second year.

Section 6. The Senate and House of Representatives shall consist of members chosen every second year.

Section 7. The Senate and House of Representatives shall consist of members chosen every second year.

Section 8. The Senate and House of Representatives shall consist of members chosen every second year.

Section 9. The Senate and House of Representatives shall consist of members chosen every second year.

Section 10. The Senate and House of Representatives shall consist of members chosen every second year.

Section 11. The Senate and House of Representatives shall consist of members chosen every second year.

Section 12. The Senate and House of Representatives shall consist of members chosen every second year.

Section 13. The Senate and House of Representatives shall consist of members chosen every second year.

Section 14. The Senate and House of Representatives shall consist of members chosen every second year.

Section 15. The Senate and House of Representatives shall consist of members chosen every second year.

Section 16. The Senate and House of Representatives shall consist of members chosen every second year.

Section 17. The Senate and House of Representatives shall consist of members chosen every second year.

latissimo, radiis longioribus, mollioribus; reliqui ordine decrescentes longitudine; acuminati omnes, minus vero quo interiores, secundarii 19: proximo primorum breviores, omnes longitudine æquales, rachi falcata (dematis quibusdam corpori proximis); apice formato varie, scil: primoribus proximi oblique truncato, rachi ultra prominente, intermedii aliquot rotundato, intimi angustato.

Obs. Ex æquali secundariorum longitudine, quum ala complicata sequens antecedenti continue superincumbat & ante eum promineat, longitudine introrsum crescere videntur; ita ut extremitati penultiimi apex remigis sexti primorum incumbat.

TECTRICES primorum superiores: 1 spuria, brevissima, angustissima.

2 tertia parte brevior quarta, angusta, acuminata.

4 reliquos longitudine superat.

omnes, quo interiores, eo latiores & apice magis rotundatæ.

secundariorum superiores primi ordinis remigibus fere 1 poll. breviores, eosdem tamen, ala composita, omnino obtegentes; apicibus rotundatis.

secundariorum inferiores longitudine superiorum;
apicibus instar horum rotundatis.

PENNÆ SCAPULARES longiores, ad uropygium usque dor-
si latera obtegentes; latiores, apicibus rotundatis.

SUSTENTATORES ALÆ pennarum scapularium circiter lon-
gitudine, angusti, apicibus acuminatis.

CAUDA longitudine paullo ultra 5 poll., *complicata æqualis,*
truncata; *expansa rotundata* apparens.

RETRICES 12, æquales, apice obtusissimo, truncato.

TECTRICES superiores paullo ultra medium caudæ incum-
bentes.

inferiores binæ intermediæ ad restringitum fere
extremitates protendentes; exteriōres lon-
gitudine sensim decrecentes.

omnes, præsertim intermediæ inferiorum, radiis
ad basin laxioribus, mollibus.

PEDES æquilibres, exiles, longiores, corpus e terra 3 poll. e-
levantes, palmati.

Femur ad unum pollicem supra genu (i. tertiam partem
totius ossis) denudatum, teres.

Crus $1\frac{3}{4}$ poll. longitudine, tenuē, postice compressiuscu-
lum, articulis utrinque incrassatis.

Digiti 4, quorum tribus anterioribus, usque ad unguēs
membrana connexis, insistit avis; quartus solutus,
a terra elevatus. *Digitus intermedius* omnium lon-
gissimus, phalangibus 4; *extimus* hoc non nihil bre-
vior, phalangibus 5; *intimus* multo brevior, pha-
lan-

langibus 3; pollex brevisimus, phalangibus 2 minus.
Ungues pollicis & digitii intermedii 2 $\frac{1}{4}$ poll.
intervallo inter se distant (*h.*).

Membrana digitos necens integra, margine rugoso.

Ungues exigui, obtusi; intermedii digitii maximus, lateralia minores, pollicis minimus; intermedii & intimi digitorum margine intus dilatato, obliquo, subtus excavato.

Vestitur cute tenaci, pennis plumisque confertissimis, copiosissimis, mollissimis, ad basin plumarum instar laxissimis.

FEMINA perfecte prope & indiscrete similis est mari; tamen accuratiore examini subjectam, mense Junio captam, differre notavimus:

I:mo MAGNITUDINE, qua mari paullulum cesit;

*Longitudo sua fuit a rostri apice ad caudæ finem 14 $\frac{1}{2}$ poll.
a rostri apice ad extremitates alarum 17 poll.*

Latitudo inter extremitates summas remigum 36 poll.

Gravitatem nescimus, quam vero indicata maris gravitate inferiorem non fuisse merito putamus, quia avis egregie fuit saginata, & pluribus locis, praesertim in lateribus colli, hypochondriis, dorso & circa uropygium, copiosissima arvina sub cute diffusa scatuit, & circum intestina multo abundavit sparso adipe.

h.) BRISSONUS digitorum longitudinem indicavit hac ratione, ut *medius* eset $1 \frac{1}{2}$ poll., *extimus* 15 lin., *intimus* 13 lin., *posticus* 4 lin.

II:do CAPITIS COLORE anterius non nihil dilutiore.

III:to REMIGIEUS aliquot patello minus nigro-notatis, ita ut
7:mus 2:vo maris similis; 2:vus sequentibus concolor;
4:tus extremitatis albedine caruit. Sed hæc leviora:
quod vero majoris est momenti,

IV:to PROPORTIONE REMIGUM inter se. 2:dus feminæ fuit re-
liquis longior, quo 1:mus paullo brevior; itidem 3:tius
brevior hoc; ceteri ordine decrescentes. Maris, ut
jam scimus, 1:mus longissimus, omnibus ordine decre-
scientibus.

PULLUS volandì jam proxime potens ab adultis plurimum
differt, quare sane attinet accurate ejus colores indicare;
ROSTRUM colore corneo imbutum, apice nigrum.

Os, Faux, Lingua, pallida, exalbida.

CAPUT cinerascens, rostrum versus dilutius, pennis basi obscu-
rioribus; macula infra & ante oculum nigra. Linea su-
pra oculum antrorsum tendente alba, angusta.

Gula loddide alba.

PALPEBRAE albedine simili atque in adultis; *tarsis* colore
corneo.

COLLUM supra ad dorsum usque fuscum; subtus cinereum, al-
bis maculis ubique pasim translucentibus e pennis albis,
apice duntaxat coloratis.

PECTUS, ABDOMEN, AXILLÆ, HYPOCHONDRIA, FEMORA, CRIS-
SUM, UROPYGII REGIO, alba, undulis quibusdam obsoletis fa-
scientibus pasim sparsis.

INTERSCAPULIUM & Alarum discus cana, maculis confertis fu-
cis

fcis, e pennis canis, apice late fuscis, dilutiore brunneo marginatis.

DORSI reliquum canum, pennis prope basin albis,

ALA margin'e superiore & antico albis, inferiore & postico nigris, hoc, ex summis remigum apicibus, albo-punctato.

REMIGES primores 1 - 4 in medio longitudinaliter albi, utrinque late nigro-marginati ac terminati; rachi nivea, nigredinem transeunte nigra.

5 & 6 apice & intus nigri, reliquum cum rachi (apicem versus excepta) canum.

7-10 cani, rachi obscuriore, prope apicem nigri. omnes, quo interiores, eo plus extremitate albantes; primi duo non nisi summo apicis margine paullulum pallescentes.

secundarii cani, apicem versus circa rachin nigrantes; rachi supra fusca, infra & ad basin alba. Corpori proximi aliquot fusti, marginibus brunneis.

TECTRICES primorum primae duo nigræ, apice basique albæ. 3 - 6 albæ, rachi nigra.

reliquæ canæ, rachi fusca, apice dilute fulcescentes.

secundariorum magnæ proximis tectricibus primorum concolores.

secundariorum minores canæ, rachi obscuriore, apice latius fuscae, extremo margine dilutæ.

PENNÆ SCAPULARES *extiores* obscure, fuscæ, margine apicum brunneo; *intiores* dilutiores, basin verissimatis canæ.

SUSTENTATORES ALÆ candidi.

CAUDA alba, apice fascia pollicari nigra,

RETRICUM *extimum par* album, prope apicem macula parva circa rachin, & alia minore juxta marginem interiore, fulcis.

reliquæ 10 albæ, quo interiores, eo latius apice nigræ; extremitate pallide cinereo-brunneæ.

TECTRICES *superiores & inferiores* albæ.

PEDES corni, unguibus nigris.

Obs. *Ungues acutissimi*, multo quam adulorum longiores & angustiores.

Dum adolescit, maculas fuscas capitisque griseum colorem sensim deperdit. Sic duo pulli, quos domi aluimus, prope solstitium brumale, quinque menses nati, in tantum jam mutaverant colorem, ut *gulam*, *frontem* & *verticem* haberent albos; relictis tantum linea recta, angusta, cinerea, a dorso rostri ad verticem tendente, & alia fusca, laterali, utrinque a latere mandibulæ superioris juxta narem, infra oculum, occiput usque decurrente, ibi cum pari confluxura arcumque pilum ambientem formatura; *collum* totum album, paucissimis maculis in *cervice* conspicuis; *dorsum & pennas scapulares*, tantum non omnes, cana.

Laros ridibundos, vere ad nos reduces, omnes ad unum observavimus capite gaudere nigro, cauda tota alba; neque ju-

junioreis a senioribus distinguere potuimus; sed conjectimus tamen, illos, quorum alae sub volatu multo obscuriores apparent, pro pullis prioris anni esse habendos. Omnia, qui hoc anni tempore visuntur, vel proxime volantium, rostrum ac pedes aterrima apparent; quamobrem, quum nobis non contigerit juniorem capere, fateri debemus, nos exploratum non habere, sintne rostrum, pedes ac palpebrarum margines, in junioribus sanguinea ac similia seniorum, necne.

Non dubitamus fore plerosque, qui, cum intelligent characterem Lari ridibundi in Systematibus propositum ad confusiones & errores praecavendos minime sufficientem esse, nostrum arbitrentur aptiorem alium constituere & exhibere. At fatendum ingenue est, fieri vix posse, ut sufficiens, idemque brevis, hujus avis character specialis eruatur, in primis cum pulli ab adultis tantum distent, ut vix omnes eadem nota possint comprehendendi. Namque, praeter nigredinem limbi exteriores remigis primi, nihil omnino novius per omnem etatem constans. Sed neque talis nota specifica sufficiens ad L. ridibundum a congeneribus distinguendum haberi potest, quia nec desunt aliæ Larorum species eadem nota insignitæ (i). Quum tamen charactere quodam utendum sit, distinguatur L. RIDIBUNDUS: *Dorso cano, capite fusco-nigricante, palpebrarum marginibus, rostro pedibusque sanguineis, remige primo exterius nigro.*

(i) Harum plures apud BRISSENUM (Lib. cit.) licet invenire, scil: *Larum cinereum*, p. 404. *Gaviam cinereum*, p. 408. *G. cinereum minorem*, p. 409. *G. cinereum majorem*, p. 410. *G. cinereum næviam*, ibid. *G. ridibundam*, p. 412.

nigro-marginato. Quod quidem in adultos optime valet, in cœves primi anni ad partem duntaxat.

WILLOUGHBY (*k*) habet variationem *L. ridibundi* in Cœtria habitantem ibique *Sea-crow* nominatam: *Gula alba, remigibusque tantum 28*, in primis differentem a nostro, quam verq; nec alii auctorum commemoravere nec nos vidimus.

Referente Rev. ÖDMANN (*l*) mentionem fecit *Cel. PENNANT* (*m*) varietatis *L. ridibundi*, totius albæ, etiam SCOPOLIO cognitæ. Cui varietati melius determinandæ quamquam nihil sane lucis afferre valemus, silentio tamen præterire nolumus, id nobis quoque contigisse, ut mense Majo, inter plures *L. ridibundos*, unum videremus a ceteris differentem: *cápite albo; rostro pedibusque minime rubris vel atris, sed pallidis, corneis.* Hic, quantum licuit volitantem examinare, nobis visus est, *magnitudine reliquos æmulari, cauda tota alba, corpore omni luctus candido, alarum inferiore facie apices versus cinerascente;* idemque in volando moribus *L. ridibundi* uti videbatur; atque, ni valde fallimur, sonum misit reliquorum similem. Quum vero non nisi volantem viderimus, neque ipsum posthac umquam repererimus, fieri quidem potest, ut fuerit junior *L. canus*, ut cui avi mos est verno tempore lacus paludesque frequentare. Sed de his jam nimis multa;

HABITATIO

nunc dicatur.

Zona

k) loc. cit.

l) Lib. cit. p. 121.

m) ÖDMANN citat PENNANT p. 542 (sive dubio *Briticæ Zoologiae*; Vol. II.).

Zonæ temperatæ articæ avis est *L. ridibundus* (*n*); pas-
sim intra 50° & 61° latitudinis septentrionalis per EUROPAE,
ASIÆ & BOREALIS AMERICÆ varios tractus repertus (*o*). Juxta
maris littora versatur (*p*), *flumina*, *piscinas lacusque* vilitat (*q*).
GERMANIAM & BRITANNIAM ab eo inhabitari jam diu cognitum est.
Prope *Gravesend* oppidum harum avium ingens copia fluvium *Tamesin* frequentat (*r*). Maximo numero, in stagno seu piscina, *Norburiae Comitatus Staffordiensis*, triginta minimum milliaribus a mari remota, æstivis mensibus, ab ineunte Martio ad finem Julii, satisfiantes quotannis conversantur hæ volucres (*s*). In plurimis regionibus RUSSIÆ ac SIBIRIÆ, quin & in KAMSCHATKA obviae (*f*). Adnumerantur quoque CURLANDIAE, LIVONIAE, SILESIÆ & MEGALOPOLITANI
Ducatus avibus (*t*). Itidem NOVÆ TERRÆ insulas (*v*) & NO-

D

VAM

- n*) BUFFONIUS auctor est (L. c. pp. 234 sq.), suam *M. rieuse* obviam fuisse CATESBEYO ad insulas *Bahamæ*, & MARTENSIO ad *Spitzbergam*; quam autem illud potius ad *L. atricillam*, hoc ad avem incertam, nobis ignotam, pertineat, non sunt hæ habitationes allatae hoc loco computandæ. Et quidem ex supra dictis (v. not. g.) patet, quæ BUFFONIUS de *L. ridibundo* attulerit, non esse nisi cum summa cautione & diligentí trutina admittenda; ut ne, quod ad unam avem pertineat, ad alteram referatur.
- o*) PENNANT & GOEZE negant *L. ridibundum* in terris Europæ Anglia septentrionalioribus habitare; quam vero opinionem observationes recentiores tollunt.
- p*) LINNÉ loc. cit. BRISSON Lib. cit. p. 414.
- q*) BRISSON ibid. GOEZE Lib. cit. p. 594.
- r*) WILLOUGHBY loc. cit.
- f*) PENNANT loc. cit. GOEZE loc. cit.
- s*) GOEZE ibid.

VAM BRITANNIAM (*t*), a mense Majo ad Augustum, inhabitant.
Ad littora SCANIAE rariores (*u*). Sed FINLANDIAE incolam
L. ridibundum esse annotatum hucusque nusquam fuit.

Licuit autem nobis, his proximis annis observare magnum
harum avium numerum paludem seu *piscinam* in insula LEM-
LAXÖ paroeciæ *Pargas*, quæ duorum circiter milliarium distan-
tia Aboë ad meridiem subjacet, quotannis habitare. Huc ad-
volant quam primum gelu ad ripas liquefactum sentiunt, quod
quidem circa finem Aprilis fieri solet, atque piscibus insidian-
tes, dies hic terunt supra liquida loca volitando marginibus
que glaciei insidendo; at nocte instantे ad sinus proximos ma-
ris minus profundos redeunt. In his iisdem primum cernuntur
vere ad nostra ora reduces, fere post medium Aprilis, ut
quæ loca quam stagna lacusque prius gelu liberentur. Igitur vere
adhuc novo juxta maris littora continue versantur, adulto au-
tem in laeu interdiu mansitant at noctem in mari peragere a-
mant, donec vere præcipitante omnem glaciem paludis solutam
viderint atque sedes idoneas, in quibus noctem commode agant, reperire sibique eligere potuerint; tum ne vespere
quidem mare petunt sed tres menses in stagno assidue rema-
nent, nec nisi casu pulsi avolant & tum quidem cito reverte-
re properant. Anno proxime præterito (MDCCX), quum
solito longe serius ver appeteret, die XXX:mo Aprilis prope
ripas lacus saepius dicti gelu passim liquefacto mane vissi sunt
quatuor L. ridibundi, quo numero dein duplicato ante solis
occasum omnes avolavere, postridie cum pluribus reversuri.

Hac

t) PENNANT loc. cit.

u) RETZIUS loc. cit.

Hac ratione quotidie numerus eorum crevit; donec die XV:mo Maji, aqua tandem undique liquente, in flagno manere inciperent (v).

Hic locorum viginti circiter aut triginta paria æstate conservantur excludendis educandisque pullis operam dantes, quo negotio intra trium fere mensium spatium peracto, cum prole volandi jam potente abeunt post medium mensis Julii, exceptis qui ob foetum serius editum diutius remanere coguntur. Sic æstate proxime præterita (quum tempestas ingrata, pluviosa & procellosa, turbidos tristesque plerosque dies efficeret), maxima avium nostrarum parte cum pullis circa diem XX:mo Julii lacum relinquente, unum par cum suis ad diem usque XX:mo Augusti adfuere, tum vero nobis ultimum visi. Quo vero abeant incomptum adhuc est, nec quibus in terris hiemem agant cognitum habemus. Rusticus, pisces aquis proximis capere solitus, certiores nos fecit, tales aves versus finem Julii frequentes mansitare in sinibus maris, easque in scopulis ex aqua eminentibus inhabitare. Cui tamen relationi parum sane tribuimus fidei, dubitantes nimirum, an Larum nostrum a St. hirundine juniore probe distinxerit. Nobis certe maria proxima L. ridibundi querendi gratia pluries visi-

D 2

tanti-

v) Dissertatione nostra prelo jam subjecta, certiores sumus facti, L. ridibundos sex, hoc quidem anno jam die XXII:do Aprilis (valde fereno), in paludem, tantum non undique etiamdum hiematam & gelu obductam, veris nuntios mane advenisse; quod igitur hoc saltem loco commemorasse juvabit. Addere etiam, propter argumenti similitudinem, placet, Motacillam albam biduo jam ante, sc. die ejusdem mensis XX:mo, ibidem locorum apparuisse.

tantibus nullum videre contigit, sine dubio visuris modo adfuisset. Qui autem hac tempestate, aut paullo antea, in mari interdum reperiuntur, tales, ut nostra fert opinio, sunt, qui paullatim expatiantes vel casu quodam e sedibus pulsi, hoc diverticulo aliquamdiu utantur, sed brevi lacum, verum domicilium, repeatant.

Mirum sane est rerum naturam non solum alia aliis dedisse terris animalia, sed in eadem quoque cœli plaga quedam quibusdam locis negasse; cuius rei exemplum laudari potest L. ridibundus, ut qui, quam ejus ingens vis in palude jam saepius dicta, circumscripto sane habitandi loco, quotannis aestivet, in aquis aliis ejusdem tractus iisque similis fere indolis, omnino non fuerit visus. Sunt enim stagna lacusque haud pauca in parœcia Pargas & in adjacentibus sita, quæ studiose & diligenter visentes, L. ridibundum reperire numquam valuimus; confirmantibus rem accolis, quos de illa re percontati sumus, & uno ore negantibus tales aves umquam sibi esse vias. (x).

Jam

-
- x) Quia vero nobis latet causa, cur hunc lacum L. ridibundus habeat gratissimum habitaculum, similia loca sprenens, situm illius, indolem & naturam paucis exponere, & quæ animalia alia, quasi in transcursu attingere, attinet.

In insula Lemlaxo, tractui maris qui *Pemaren* appellatur ad occasum adjacente, stagnum fere octavam partem milliarii a mari remotum occurrit, & quidem in loco hominibus minime vacuo aut inculo sed satis frequentato. Spatio extenditur 14 plus minus jugerum (*Sv. tunnl.*), duas circiter ulnas altum, septentrionem versus patens camporum planicie, a meridie montibus silvestribus munitum. Ripe circumcirca densissimæ ac procerissimæ arundinis fertiles, val-

Jam vero

V. I.

de fluctuantes, subterraneum paludis tractum obtegentes superficie adeo vieta ac facile hominis ponderi cedente, ut nisi unico in loco, ubi lacus ad pedem montis procurrat, ad crepidinem accedere nequeas. Fundus præmollis, fentinosus, mero limo efficitur pululo, omni flagno obscurum fuscumque colorem impertiente. Hinc lympha hausta, limpidissima fecet minimeque turbida, gilvo semper infecta est colore; atque ingrato & amaro gusto limosum prædit solum. Cæspitibus arundinosis passim undique sparsis palus scatet fluctuatis, in ipso tamen fundo radicibus plantarum ita adfixis, ut ventis fluctibusve pulsantibus parere nequeant. Ubique præterea Nymphæ ac Potamogetones aquæ innatant, aut Scirpus spisus ex eadem porrigitur. Quæ omnia tanto sunt scaphæ remis propellendæ impedimento, præsertim adulta jam æstate, quanto flagri incolis, ut inuimenta securitatis tutissima, emolumento. Duo rivuli aquam huc infundunt per tertiam majorem effluxuram. Hi omnes verno & autumnali tempore valde largisfui turgescunt; sed torrida æstate exfenuantur ac ferme exsiccantur, unde aqua in lacum tantum non flagnat, ac solis calore omnino tepeſcit.

Anates variae in consertissimis hujus loci arundinetis frequentes conversantur tunc, atque optime degunt; item Podicipes. Haec pescina Cyprino carassio est commodissimum ac maxime aptum domicilium; indicio est magnitudo insolita eorum qui quotannis haud pauci excipiuntur. Præterea hac palude, ut diversorio gratissimo, minores Cyprini ante & circa solstitium æstivum utuntur. Minuti quoque hic mansitant Efoces lucii. Etiam infecta plurium specierum hic locorum reperiuntur, tum aquatilia, tum in herbis aquaticis inhabitantia, atque it primis Libellularum ac Phryganearum maxima copia. Neque vero vermes hoc stagnum non alit complures; in quibus memorare attinet Hirudines, & in iis præsertim medicinales, quæ apricitatem diei captantes, innumeri in summa aqua natantes conficiuntur.

VICTUS

rationem indicare ordo

monet.

Præcipuum pabulum L. ridibundo *pisces* (y) & *insectis* quoque delectatur (y), nec *vermes* terræ aspernatur. Verum ad istam cibi differentiam multum momenti anni tempora adferunt. Minoribus piscibus ex Cyprini genere in stagno æstivantibus, maxime inhiat, largam ei facilemque præbentibus capturam, Majo in primis mense, quum ovis deponendis ac fecundandis intenti magno numero ad littora congregantur in summa aqua ludentes. Quo negotio peracto, quum pisces minori copia adesse incipiunt, atque injuriis prædantium Larorum minus fiunt obnoxii, insecta hi appetunt, præcipue juxta aquas & in aquis viventia, ac præsertim larvas nymphasque Neuropterorum & Hymenopterorum, metamorphosin in aqua subeuntium. Instantibus autem tempestatibus imbribusque, quum pisces ac cetera aquatilia fundum petunt, atque insecta in latebris se abscondunt, lumbricis aliisque vermis larvive terrestribus jejunum ac latranted lenire stomachum urgente coguntur necessitate. Hinc interdum, & quidem vernali hora potissimum, novalia visitant. Cave vero putas eos tum aviditate satorum illuc duci; frumenta enim vel gravissima fame consepti asidue fastidiunt.

Pisces majores, quam quos totos queat deglutire, a L. ridibundo capi dubitamus, quippe qui rostro rapere ac volans raptum vorare soleat; pedes nimirum ei neque ad prædam

y) Idem GOEZE Lib. cit. p. 594.

dam faciendam nec ad retinendam instruunt. Neque rostrum
hujus avis satis validum aut omnino ad dilacerandum com-
modum videtur. Etiam quos caveis inclusos aluimus, conti-
nue pisces majores intactos relinquere, nec ullos horam di-
scerpendorum conatus facere vidimus. Quod si intestina lon-
ga magni Lucii aut frustum e pisce dissecatum, majus quam
quod fauces, oesophagus ac ventriculus avis capere possent,
ei præberetur, admitebatur quidem repetitis vicibus ut haec
deglutiret, at numquam ea frustatim discerpere conabatur.
Rostrum pedumque structura atque observationes circa cicura-
tos facilitatæ vetant, ne Larum nostrum habeamus carne ve-
scentem avem. Dissimulare igitur nequimus, mirum nobis vi-
deri, quod a WILLOUGHBEYO perhibetur, eum in Anglia car-
nivorum esse, pullosque ejus carne & intestinis animalium fa-
ginari (z). Cadavera animalium prope lacum, ubi æstivant,
putrescentia certe non attingunt, at pisces minores in littore
iacentes haud nauseant. Quos domi habuimus, piscibus cru-
dis carentes, coctos haud gravatim edebant; carnes vero ani-
malium calidi sanguinis tam crudas quam coctas fastidiebant.
Pisces siccatos, ranas lacertasque, totas aut in frusta sectas,
constanter respuebant. Gravi fame confecti mansis panis ve-
scebantur, atque libentius si pisces contusi iisdem essent im-
mixti.

Largiore potu utuntur, & quidem indiscrete aqua marina
salsa, stagni amara tepidaque, aut fontana limpidissima; ne-
que vero lac cicurati recusant. Communem habet ceteris avi-

bws

(z) WILL, loc. cit.

bus morem collum inter bibendum resupinandi. Tantum de
hoc; hinc jam

INGENIUM, NATURA, MORES, PROPRIETATES

dicentur.

Famelicus est *Larus ridibundus*, vorax, clamatorius, agi-
lis, volaticus, audax, pugnax, circumspctus, pervigil, soci-
bilis, migratorius denique. Per quæ quidem membratim hi-
storia tractetur.

Præcipuae ejus operationes videntur esse, ut cibum an-
quirat & foetum faciat eique prospiciat. Quum pisces ven-
tatur, volatu lento & æquali fertur decem, plus minus, cubita
supra dorsum lacus, cumque pisciculum, in summa aqua na-
tantem, conspexit, pronus in subjectum irruens, rictu hiante,
collo portecto, alis repositis, pedibus retro extensis, cauda
expansa, impetum facit &, ut summa descendit celeritate, a-
quam, levi suo nîlu cum strepitu sectam, subit, piscem facile
attacturus; quem si prehendit, rostro retentum secum sustollit,
atque in aërem adscendens statim devorat; itidem denuo labo-
rem novæ prædæ intendens. At haud raro istum incursum
que intentat irritum, & elusus agilitate piscis, inanis emergit.
In arundinetis natans infecta, aut plantis infidentia surripit,
aut inter radices herbarum latens legit; aquaticis dum su-
pereruntur insidiatur; forte & Libellulas volantes captat. Mos
est huic aliti piscem aut insectum majusculum, capite prehen-
sum, aqua immergendo & celeri quasfatione commovendo,
ante quam gulæ dat, abluere, ut præda, sic lubricata vel
mollior facta, faciliorem per gulam inveniat descensum.

Pisces